



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CCCXVI. Hermann, Markgraf von Brandenburg, bestätigt der Comthurei
Nemerow die Schenkung seiner Vorfahren, am 8. November 1302.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

digen Frieden beifammen zu bleiben. Kame Streit zwischen den Markgrafen oder dem Könige vnd seinen Brüdern, solle der König Macht haben, diesen in Güte oder Recht zu entscheiden. Kame Streit zwischen dem Könige und einem von ihnen, dann sollen vier von diesen Benannte ihnen Recht unter einander schaffen, zwei auf des Königs Seite, zwei auf Seiten der andern Parthei. Könnten die vier den Streit innerhalb VI Wochen nicht beilegen, dann sollen sie alle zusammenkommen und Ordnung stiften innerhalb VI Wochen darnach, nachdem die Andern ihnen die Sache überlassen haben. Wäre jemand nicht zufrieden mit ihrem Eide oder Urtheile, den sollen sie zu Recht setzen. Kame Streit zwischen dem Könige, seinem Bruder und dem Herzoge Woldemar von Jütland oder dessen Brüdern, dem Grafen Geert von Holstein oder dessen Bruderskindern, dem Herzoge Witzlaff dem Aeltern oder dessen Kindern; dann soll einer ihrer Vasallen auf beiden Seiten sie vergleichen, die dazu ernannt werden sollen, gleichwie zwischen dem Könige und ihnen, Alles nach der vorbenannten Form: und sie sollen doch stets in fester Freundschaft verbleiben. Wollte einer von ihnen dem Rechte nicht Folge leisten, so sollen sie alle dem beistehen, welcher Schaden leidet. Würden sie von einem andern Herrn beschwert, der nicht zu ihrem Bunde gehört, der Schade soll kommen vor König Erich und der König soll ihm Minne oder Recht verordnen. Kann dies nicht geschehen, so soll er ihm beistehen mit Macht. Geschähe unfür Herr und Könige von einem andern Auswärtigen, der in diesem Briefe nicht benannt ist, ungebührlicher Eintrag, so sollen wir alle ihm beistehend sein zu Minne oder Recht, oder ihm mit Macht dazu verhelfen. Wir sollen auch alle dazu behülflich sein, daß der König Rostock bekomme, Rostocks Gebiet mit allem Zubehör nach dem Abschiede und den Briefen, welche zwischen vorbemeldetem Könige und Nicolaus von Rostock ergangen sind. Zu Urkund unter unser aller Insiegel. Actum vor Rostock.

CCCXVI. Hermann, Markgraf von Brandenburg, bestätigt der Comthurei Nemerow die Schenkungen seiner Vorfahren, am 8. November 1302.

In nomine sancte et individue trinitatis. Hermannus, dei gracia Brandenburgensis Marchio et dominus de Henneberg, omnibus Christi fidelibus presentes literas inspecturis seu audituris salutem in perpetuum. Gloria et honor Dei viventis in secula est, inter tot mundi pericula in valle hujus miserie fideles suos in sua servitia confortare. Recognoscimus igitur presentium serie literarum, et publice protestamur, quod inclinati ad honorem Dei omnipotentis meritisque S. Marie Virginis perpetue et S. Johannis Hospitalis Iherosolimitani, ad preces etiam fidelis nostri Secretarii, Fratris Olrici, dicti Swaf, Commendatoris domus in Nemerow, qui nobis et nostris progenitoribus multimodis sepius impendit servitia, propter que ipsum et Ordinem ipsius prosequi cupientes speciali stipendio graciaram, curiam seu domum dicti Ordinis in Nemerowe, cum omnibus habitatoribus et possessionibus suis promovebimus et ad queque prospera dirigemus, Volentes etiam eandem curiam

et fratres, cum proprietatibus et libertatibus eorum singulis in vigore stabili perpetuo permanere, omnia ipsorum bona mobilia seu immobilia per illustrem Marchionem Albertum Brandenburgensem, nostrum Patrum clare memorie, ipsi et suis confratribus data et concessa, in terra Domini Magnopolensis sita, nec non omnia et singula privilegia, eisdem per nos vel per Patrem nostrum Ottonem, vel dictum Patrum nostrum Albertum, vel alios nostros progenitores seu predecessores nostros quoscunque, super lignis, silvis, pratis, pascuis, nemoribus, paludibus, aquis, aquarum decursibus, stagnis, piscationibus, molendinis, agris cultis vel incultis et generaliter omnibus usufructibus, donationibus seu concessionibus quibuscunque data et concessa, donatione perpetua liberaliter in nomine Domini per presentes confirmamus. Et quia institutionem seu foundationem dicte curie seu Elymofyne in Nemerow idem frater Olricus noster specialis a predicto Patro nostro Alberto inclito, et confirmationem ejusdem a nobis fieri suis servitiis et meritis procuravit; statuimus volentes omnimode, ut nullus Magistrorum Ordinis predicti Fratrem Olricum predictum a dicta amoveat curia, sed ipse cum Elimofynarum largitione et trium Sacerdotum Ordinis divini officii celebratione eandem regat cum libertatibus curiam quiete temporibus vite sue. Cum autem decesserit ab hac luce, tunc Magister et successores sui divinum officium per tres Sacerdotes Ordinis et Elymofynam eodem modo observare perpetuo tenebuntur, sicut idem Frater Swaf suis temporibus tenuit et possedit. Testes hujus sunt Hinricus de alvensleve et Geuehardus senior de Alvensleve, Bernhardus de Plozke, Droyseko nostre curie Dapifer, Gerckinus de molendorp, nostri Milites, et alii quam plures fide digni. Actum et datum in Werbelino, Anno Millesimo tricentesimo secundo, Quinta feria ante festum beati Martini Episcopi.

Nach dem Originale des K. Geh. Kab.-Archives, Joh. Orden Kiste IX., Vol. VII. Einen sehr fehlerhaften Abdruck dieser Urkunde enthält Buchholz, Geschichte Thl. IV., Urk. N. 5. S. 148.

CCCXVII. Der Markgraf H. von Brandenburg verzeignet der Comthurei des Deutschen Ordens in Halle gewisse von ihr erkaufte Zehnthebungen, am 11. März 1303.

In nomine domini Amen. Nos H. dei gratia Marchio Brandenburgensis et de Landesperch uniuersis christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem in domino. Quoniam ea, que geruntur in tempore, ne simul labantur cum lapsu temporis, necesse est [ea] linguis testium uel scriptis memorie perhennari; Hinc est, quod notum esse uolumus omnibus presentem paginam inspecturis, quod in honorem dei et beate uirginis Marie et ob specialem gratiam et fauorem, quam gerimus ad dominum Commendatorem et ad christi milites in Hallis, proprietatem donamus super XV. mansos minus quartali, sitos in ulla Brunstorff et Bedere, decime, quam decimam rite et iuste emerunt contra filios filiorum domini Conradi Kunt uidelicet Friderici et Joannis et Conradi. Hanc igitur decimam cum omni proprietatis titulo donamus perpetuis temporibus possidendam. In cuius rei testimonium presentem damus literam nostri sigilli munimine roboratam. Testes, qui pre-